

wile her unse voyt ist al da selbins und ez inne hat von unsir wegin, künftlichen tût, über dî gevelle, dî wir im an gerichtten, an cinse, zcollen, münzzen und an andirn sachen, dî zû der voytie gehören, dar zû bescheidin haben, als di brive sprechin, dî wir im dar ûbir gegeben haben, und ouch andirn schaden, den her dî wile nimet und redelich bewisin mag, sten wöllen und gelobin in des zû entlegende und abe zû neminde an diseme selbin brive, der do ist gegeben zcû Wizsenfels nach Cristes gebürte, driczenhundert jar in deme fünf und drisigisten jare, an send Donati tag des heyligin byschoves und mertereris.

**88.** *Bürgermeister und Rat zu Zwickau bestätigen die für die Marienkirche bestimmte Absolutionsweinstiftung des Rudolf Feuerstein und seiner Gemahlin Elisabeth.*

1336 März 26

*Original: Stadtarchiv Zwickau, A\*A II 18 Nr. 2 (A); Pergament: 30,5 cm breit, 11 cm hoch; Besieglung: Das beschädigte große Stadtsiegel (Abb. im Anhang Taf. 2) an Pergamentstreifen; Rückvermerk (14. Jh.): Privilegium vini paschalis. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, IIIx<sup>1</sup> 141b (Zwickauer Rechtsbuch), fol. 7v<sup>(Sp. 2)</sup>–8r<sup>(Sp. 1)</sup> (14. Jh.) (B); Rubrum: Privilegium vini paschalis. — Edition: Herzog, Chronik II, S. 883, Nr. 20.*

Nos Nycolaus Tschakani magister consulum ceterique consules civitatis Zwickowe, videlicet Cunradus Egrerus, Cunradus Lusor, Theodericus Prosse, Johannes Picreator, Heinricus Crossenerus, Albertus Knolle, Nicolaus dictus von der Pöln, Cunradus de Monte, Heinricus Truthan, Waltherus Peregrinus constare cupientes inspectoribus universis, quod Rudolfus dictus Feuerstein iusto empcionis tytulo discreto viro Johanni procuratori sancte ecclesie Marie suam domum duxit vendendam sub hac forma, quod idem procurator domum vice versa eandem Elyzabeth conthorali predicti Rudolphi suisque heredibus ad tempora vite pro uno fertone annui<sup>a)</sup> census et sub aliarum consuetudinum observacione nostre civitatis contulit possidendam. Eiusdem fertonis medietatem super festum Walpurgis, residuam medietatem super festum Michahelis ad dictam beate virginis ecclesiam ipsa Elyzabeth suique heredes annua ministracione dare tenentur, et prenotatus provisor ecclesie vinum pro huiusmodi fertone, quantum valebit, dinoscitur comparandam omnibus in festo pasche ad mensam domini procedentibus propinandum. Insuper si predicta Elyzabeth et sui heredes necessitate quacumque ingruente hanc domum vendicioni minus audent exponere nisi bona prefati seu alterius provisorum voluntate mediante, si vero contingeret hanc domum quocumque alio infortunio vel per incendium destrui, quod absit, extunc per quartam unius anni ipsa<sup>b)</sup> Elyzabeth et suis heredibus competit inducia [ad] reedificandam domum eandem, quod si facere negligenter, ut pretactum est, extunc sepe dictus seu alter provisor ecclesie se iungeret<sup>c)</sup> area de eadem ipsam personaliter restaurando, vel alteri, quanto preciosius poterit, pro censu exponendam. Huius rei testes sunt honesti viri Johannes Monetarius, Albertus Lazanus, Apez Peregrinus, Nicolaus cum Matre scabini nec non cives nostre civitatis et alii quam plures fide digni. Et ut omnia supra dicta firmacionem obtineant perhennalem predicte